



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

De Concilio Cartheginensi, vbi legati episcopi proconsulares ad Concilium  
Adrumetinum destinantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

CANONES CONCILIORVM DIVERSORVM  
AFRICANÆ PROVINCIÆ, NVMERO CV. ANNO  
CARITATI  
44+

Hoc cum  
tribus fe-  
quentibus  
Africanis  
habitum  
est sub Si-  
ricio.  
De hoc  
Concilio  
vide notas  
Concilio  
Hipponen-  
sis sub Si-  
ricio.

RECITATA sunt etiam in \* ista Synodo diuersa Concilia \* for. Car-  
thag. VI.  
vniuersæ prouinciæ Africae, transactis temporibus  
Aurelii Carthaginensis episcopi celebrata. Gloriosissimo  
imperatore \* Theodosio Augusto III. & Abundantio vi- \* for. le-  
nitate  
ro clarissimo consulibus, VIII. Idus Octobris, Hippone  
Regio, in secretario basilicæ pacis.

Gesta huius Concilii ideo descripta non sunt, quia ea, quæ ibi  
statuta sunt, superioribus probantur inserta.

DE CONCILIO CARTHAGINENSI,  
*vbi legati episcopi proconsulares ad Concilium  
Adrumetinum destinantur.*

De hoc  
Concilio  
vide notas  
Concilio  
Adrumeti-  
ni sub Siri-  
cio.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio III. & Ho-  
gnorio II. Augustis consulibus, VI. Kalendarum Iu-  
liarum, Carthagine. In hoc Concilio legati \* delecti  
directi sunt \*  
episcopi proconsulares ad Concilium Adrumetinum.

DE CONCILIO CARTHAGINENSI,  
*vbi multa sunt constituta.*

De hoc  
Concilio  
vide notas  
Concilio  
Carthagi-  
nensis III.  
sub Siricio.

CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, V. Ka-  
lendas Septembris, Carthagine, in secretario basilicæ  
Restitutæ. Cum Aurelius episcopus vna cum episcopis  
confedisset, adstantibus etiam diaconibus, aduenientibus  
quoque Victore sene Puppitanensi, Tuto \* Migirpensi, \* Mur-  
genno  
li,  
Euangelo Abscuritano, Aurelius episcopus dixit: Post  
diem præstitutam Concilii confedimus, vt recordamini,  
fratres carissimi: & arbitrabamur omnium prouincia-  
rum per Africam legationes conuenisse ad diem (vt dixi)  
præstitutam nostri tractatus: sed cum sacerdotum nostro-  
rum Byzacenorum epistola fuisset recitata, vel quid me-  
cum iidem, qui tempus & diem Concilii præuenerant,  
tractassent, vestræ caritati legeretur, lecta est etiam a fra-  
tribus Honorato & Urbano, qui nobiscum hodie \* Con- \* Conci-  
lium  
cilio participatur, legatio Sitiphensis prouinciæ destinata.  
Frater etiam Regimus ecclesiæ Vegelitanæ \* for. le-  
git literas  
ant. atq.  
lit  
paruitatem meam datas Crescentiani primæ sedis (vt ipse